brum preciosa de india veniunt mercu-  
romia et tunc per illud brachium mar-  
is quod ex mari rubro effluit et per ny-  
lum undique deponuntur. Et ut dixi  
eundo sic pervenit ad locum ubi filii  
israel per mare transierunt egyptiis  
ipsis sequentibus et sic eundo rara et  
varia in littore reperiuntur.

#### De fonte Marach.

**A**t sic multis montibus reli-  
ctis et alijs mirabilibus vi-  
sis pervenitur ad fontem ma-  
rach ubi in transitu filiorum israel  
aque erant amare et iniectione ligni  
muri dei dulces sunt facte.

#### De lxx palmis in helym.

**Q**uando de marach per diuersa loca et multis visis et relictis montibus peruenit in helym ubi in transitu filiorum israel septuaginta palme et duodecim fontes aquarum hic locus est uberissimus et pulcherrimus et multum amens iuxta hunc locum plurima sanctorum patrum cellule et heremitoria stetitisse cernuntur.

**De monte synai et sepulchro sancte katherine.**

**R**ecedendo de helym peruenit in desertum Syri ad montem synai. In pede huius montis in loco quo moyses vidit rubum ardere et flammis inconsumptum et deum sibi alloquentem est maximum et pulcherrimum monasterium constructum plumbo coopertum et portis ferreis munitum. et per omnia bene formatum in quo sunt plures quam quadringenti monachi greci et georgiani et arabes clerici. non tamen continue sunt in monasterio sed binem de negotiis monasterii sunt dispersi et maximis laboribus ipsorum et peregrinorum necessaria acquirunt et peregrinis fidelissime imparantur et multis deuote et strictissime et castissime viuentes archiepiscopi eorum et prelati humiliter obediunt sancte et iuste religiose viuentes et vinum raro nisi in specialibus festis bibunt et carnes nunquam comedunt et oleis et leguminibus et fabis et dactilibus et huiusmodi herbis cum aqua et aceto et sale in vino refectorio absque mensale reficiunt diuinum officium secundum ritum eorum deuotissime faciunt die noctumque et per omnia vitam sancti Anthonij ducunt. Conuersi vero et laici maximis laboribus insistant in montibus

carbones ardentes et dactiles de helym in maxima quantitate cum camelis et bestiis in babiloniam portantes et vendentes ibidem tunc a mercatoribus et christianis ibidem degentibus et viuentibus maxima dona largiuntur. Nam aliter tot homines in loco in habitabili se non possent sustentare nec tantas expensas tam largiter erogare. Nam de helym dactiles et ex montibus carbones ultra duodecim dietas ducunt et vendunt ut dixi.

**De rubo moysi.**

**I**n hoc monasterio de quo dixi pulcherrima stat ecclesia quam mundis sine seruant et diuersis et quam pluribus lapidibus et luminariis illustratur et precipue locus ubi stat maius altare pre ceteris in diligentissima habetur reuerentia. Hunc locum de calciam intrant et peregrinos volentes intrare discalciam faciunt. Nam in loco ubi est maius altare stetit rubus ardens in quo dominus ad moysen dixit Solue calciamenta tua de pedibus tuis quia locus in quo stas sanctus est.

**De ossibus sancte katherine.**

**I**n hac ecclesia a dextris iuxta maius altare in loco plus alto stat quedam capsula alia marmorea in qua caput et ossa gloriose virginis katherine sunt inclusa et ordinate sunt posita de summitate montis synai ibidem translata. Hoc caput et ossa archiepiscopus et prelati monasterii cum thuribus et candelis solemmissime monstrant. et tunc sarzarem ductores camelorum et bestiarum custodes qui cum peregrinis veniunt deuote supplicat ut ossa tam mirabilia et sacra eis videre

730  
liceat et cum maxima deuocōne cum  
xp̄ianis genubꝫ flexis venerant. cum  
autem sic ossa sacra peregrinis osten-  
dunt si tūc aliquis ep̄us v̄l p̄latus  
est inter ceteros peregrinos et tūc ar-  
chiep̄us v̄l maior monasterij p̄latus  
recipit aliqd̄ os sacrum in manuꝫ et  
per quoddā instrumentū argentū  
in modū paruule virge sanctum os  
fortiter fricat et extunc oleū sicut fu-  
dor de poris emanat et erūpit et in  
capsa in q̄ sūt ossa sacra inclusa que-  
dā cōcauitas in vno angulo ē facta  
in qua totum oleū qd̄ ex omnibꝫ ossi-  
bus effluit confluit et cōgregat. In  
hac cōcauitate continue est colear  
argentum qd̄ p̄latus qui ossa mon-  
strat sacra recipit et vitriola puam-  
plet et vnicuiqꝫ peregrino parnū vi-  
trioluz cū oleo impartit. Etia in hoc  
monasterio q̄ plurime alie reliq̄e sūt  
venerande. monachi vero monasterij  
si nō esset ex speciali dei gracia ex di-  
uersis causis et instinctu dyaboli ibi-  
dem nō possent sustentari qz non est  
aliqd̄ odium inter eos v̄l aliqua vnqꝫ  
discordia sed sunt in gracia omnibꝫ  
eos inspicientibꝫ tā sarzaceis q̄ xp̄ia-  
nis et maxime soldano qui eis ma-  
gnas elemofinas dare consueuit. Ne-  
qꝫ ip̄is laborātibꝫ et quotidie per de-  
sertum transeuntibꝫ aliquibus peri-  
culis ab animalibꝫ periculosis nunqꝫ  
sūt molestati nec etiā per hyemē v̄l  
estatem aeris intemperie v̄l feruentis-  
simo solis ardore non grauant nec  
infiuunt. Etiam a deo obtinuerunt  
specialissimā graciā qz aliqua anima-  
lia immunda vt musce vespe pulices  
et h̄mōi non poterunt ibi terras nec  
monasterij septa intrare. Et dixit mi-  
chi mire consciencie monachꝫ eiusdē

monasterij qz olim ex instinctu dyaboli  
boli cum eis ex permissione diuina  
nichil plus mali inferre nequirent qz  
tot et tantas infestaciones et mole-  
staciones et aggrauaciones ab hu-  
iusmodi animalibꝫ immūdis habue-  
runt qz etiam locū dimittere cogita-  
bant sed ab vnius monachi sancta-  
ā momeione confortati deum exora-  
bant vt p̄ sua misericordia talia ani-  
malia de ip̄is depelleret et amoueret  
qd̄ et mox obtinuerunt ita qz de cete-  
ro de animalibꝫ talibus nichil per-  
perūt licz extra septa monasterij gra-  
uissima inferunt dampna hominibꝫ  
et iumentis. Etiam sepius expertum  
est qz huiusmodi animalia immūda  
vīua intra septa monasterij porta-  
bantur et in momento moriebantur.  
Nec omnia illi sancti fratres sua san-  
cta iusta vita obtinuerunt. Nam pe-  
regrinis non seruiunt pro dono vel  
auaricia sed omnibus ibidem venien-  
tibꝫ q̄ diu ibidem manere volunt om-  
nia quibus ip̄met vtuntur tam pau-  
peri q̄ diuiti tam paruo q̄ magno  
gratis pro deo tribuunt benigne. Et  
si aliquis ip̄is v̄l alicui eorū munus  
inferre voluerit pentus respūunt et  
recusant et si aliquis reciperet maxi-  
me penitencie subiaceret. Item pere-  
grinis recedere volentibus vnicuiqꝫ  
s̄m dietas panes et fabas et huius-  
modi put melius poterunt equaliter  
paruo et magno pauperi et diuiti q̄  
usqꝫ ad habitacionem humanā per-  
ueniant benignissime gratis donant.  
Nij etiam monachi p̄ omnibꝫ alijs  
festis festum sancti Georgij pape in  
speciali habent reuerentia. Nā ip̄is  
temporibus quibus p̄cerat ecclesie

solus elemosinus et thesauro ecclesie sustentavit et eos ibidem habitare confortavit. ex illo tpe ultra quadringenti permanserunt quorum erat pauci.

**De loco dationis legis moysi.**

**O**per hoc loco seu monasterio eminet mons synai qui per plures gradus ultra quod dicitur possit laboriosissime ascendit. In summitate montis stat capella in loco quo deus helye prophete quid agis hic helya fuit allocutus ut in libro regum legitur. Propter hanc capellam in loco quo moysi lex erat data et apparuit ei gloria ibidem quedam concavitas in durissimo lapide adhuc apparet in quo ymago moysi ut in sigillo est incisus. In hac concavitate deus moysen dextera sua protexit dum in sue maiestatis gloria pertransiit et ostendens se moysi retro dum eius faciem non potuit intueri. In cacumine alterius montis ibidem corpus gloriose virginis Katharine ab angelis ab alexandria erat portatum et ab incolis heremitis mirifice repertum. Idem mons ab alio laboriosius ascendit et visita est sed in summitate huius montis nulla stat capella nec ullum oraculum. Et credo quod propter difficultissimum accessum non possit humanis manibus aliquid ibidem edificari quod apparet ibidem locus quo corpus sancte katharine fuit inventum ut hominis lapidi huiusmodi sunt impressis et in hoc loco deus multa mirabilia est operatus per omnia dicere esset longum. Et est sciendum quod mons synai omnes montes illarum partium altitudine excellit et ut dixi ultra quod dici potest per quod plurimos altissimos gra-

dus lapides excisus laboriosissime ascenditur et tunc versus egiptum nomen synai amittit et oreb vocatur in eius cacumine omnes in gyro provincie comode perlustrant et desuper homo pro aere valde mutat ab ipso diligenter perlustratur mare rubrum et helym. Et locus in quo filii israel pluit manna et omnia alia circa loca. Subtus montem est pulchra planities in qua moyses pascebat regem soceri sui. et ibidem vidit rubrum ardere. In hac planicie filii israel contra amalech pugnabant dum moyses extensis manibus orabat. In hac planicie filii israel conflatilem vitulum de quo biblia testatur adoraverunt. In hac planicie nadab et jabin ignis consumpsit. multa etiam alia loca cernuntur de quibus testatur scriptura.

**De deserto syrie.**

**D**e monte synai peditur per desertum versus syriam in tredecim diebus sumptis et datis sibi de monasterio expensis hic desertus est pessimus et periculosissimus et est in arabia situs. In hoc deserto est maxima penuria aque et degunt in eo innumabiles homines qui baldebim dicunt et sunt quasi silvestres et in tentorijs et filtris et pellibus factis habitantes et in locis quibus aqua per fonticulos et rivulos saltem in modica quantitate invenire poterunt greges et iumenta pascentes et de lacticinijs pecorum et camelorum viuentes nunquam pane vescunt nisi a peregrinis pro eis tribuat vel ultra xij dietas deportetur. Nam non seminant neque metunt sed ut bestie vivunt silvestres et

152  
sunt facie nigri horribiles et barbati  
feroces et velociores dzomedarijs et  
in vno die quantum voluit perficiunt  
et loca in quibus aliquando inuenerint  
querentes et caput panno linteo lon-  
gissimo voluunt preintollerabili so-  
lis ardore. In hoc deserto vix per du-  
as vel tres dietas aqua potest inue-  
niri et in locis in quibus vno die in-  
uenitur alia exsiccat. Item in hoc de-  
serto in locis iam planissimis quasi  
vna hora maximus mons ex sabulo  
proicitur et congregatur et nunc ibi  
et tunc hic nunquam in eodem statu per-  
manens propter quod via per desertum  
nunquam potest sciri per montes nisi per  
istos baldevimos qui vias in deser-  
to ut in domibus eorum sciunt et co-  
gnoscunt. Nij etiam baldevimus sol-  
danum penitus non curant nec sibi  
in aliquibus obediunt sed inter se ha-  
bent capitaneos et iudices quibus  
humiliter obediunt et etiam a longe  
existentes soldanus hos tantis domo  
et blandicijs allicit et seruat. Nam  
si vellent facillime totam terram sol-  
dani destrueret et subiugaret. Nunc  
desertum beata virgo maria cum pue-  
ro ihesu pertransiit de iudea dum a  
facie herodis fugit et per totam vi-  
am per quam transiit crescunt rose  
aride quas in partibus istis rosas de-  
iericho appellant. Has rosas balde-  
vimus in desertis colligunt et peregrin-  
is pro pane vendunt. Has etiam ro-  
sas mulieres saraceni liberrime ha-  
bent penes se et ex aqua rose cui im-  
ponunt bibunt partu iam instante et  
dicunt esse multum utile. In hoc etiam de-  
serto quamplurima alia ventorum sabulo-  
rum hominum filuestrium serpentium  
leonum draconum et aliorum anima;

lium venenosorum et periculosorum alia  
sunt pericula de quibus longum esset dice-

#### De bersabee ciuitate.

Qui hoc transitu deserto versus mari-  
diem peruenit ad inicium terre promissionis  
ad ciuitatem quandam pulchram sed nunc de-  
serta nomine bersabee hec ciuitas quan-  
dam multis ecclesijs quarum quedam ad-  
huc stant videtur fuisse decorata.

#### De ebron ciuitate.

**D**e bersabee procedit in media  
die et peruenit ad ciuitatem  
pulchram et antiquam et adhuc  
competentem inhabitatam ebron vocatam  
prope hanc in descensu montis pulchra  
stat ecclesia in qua duplex est spelun-  
ca in qua tres patriarche abraham  
ysaac et iacob cum vxoribus eorum sunt  
sepulti. Hanc ecclesiam saraceni in  
maxima habent reuerencia et aliquem  
christianum intrare non permittunt sed  
iudeos intrare permittunt quod tempo-  
ribus meis pecunia procurauerunt. hec  
ecclesia tamen intus et extra a christia-  
nis comode potest perlustrari et est  
intus dealbata et lapidibus bene or-  
nata et per gradus ut in cellarium de-  
scenditur in speluncam qua patriar-  
che cum vxoribus sunt sepulti.

#### De agro vni plasmatus fuit Adā.

**D**rope ebron est ager de quo  
plasmatus dicitur esse adam  
quanto plus ex eo deportatur  
et effoditur tanto magis per se ad-  
implet et terra ad longinquas par-  
tes deportatur et dicunt aliqui quod ven-  
datur de quo michi nichil constat.

#### De valle mambre.

**D**rope ebron est vallis mam-  
bre in hoc abraham sedens  
in ostio tabernaculi sui tres  
angelos vidit et vnus adorauit

temporibus meis in ebzon fuerunt tres  
de dioecesi mihndē ut dicebat quorū  
duo erant domicelli et terci⁹ eorum  
fuit famulus idem vnus aquā in hu  
meris portauit ut ibi moris ē in pla  
tris alius manibus laborauit et put  
melius potuit necessaria acquisiuit  
tercius qui eorum fuit famulus erat  
stipendari⁹ qz magistris soldani me  
lior ad omnia videbatur in phisono  
mia et interrogati cur se negassent  
dixerunt qz sperassent qz dñs eorum  
cōsequi debeat diuicias et honores  
qd eos fefellit et cū gemitibus multis  
dixerūt qz si possent terzā latenter exi  
rent. **N**ā vilissimam dūcebant vitā  
et qui ante fuissent fateri nō sunt au  
si. **N**ij tres fuerūt familiares cuius  
dam militis de partibus istis nomine  
dñs wilhelm⁹ de botzen celle qui an  
te tempus meū stetit in partibus ultra  
marinis et ibidem a soldano regibus  
et principibus fuit mirifice honora  
tus. **E**t ut audiui in colomia diem  
clausit extremum.

#### **D**e ciuitate bethleem.

**D**e ebzon proceditur in beth  
leem comode in vno die per  
uenit in quo itinere quoddā  
stetit claustrū Carioth abbatis cui⁹  
dū tēpus resolucōis istaret et mona  
chi eū agonizare vidētes dixerūt post  
abbatē nostrū carioth adhuc sup ter  
ram viuemus et ex ipso omnes ago  
nizare ceperunt et mortui remanse  
runt et per longa tpa semp agoni  
zantes stantes in corrupti permanse  
runt nec saraceni licet sepius attem  
ptauerunt eos destruere et euellere  
nequiuērūt sed nūc claustrum est de  
sertum. **I**gitur bethleem est villa de

lectabilis pulchra non longa in iur  
go uontis sita et quasi a xpianis to  
taliter inhabitata pasuis gramini  
bus et herbis multum habundat in  
giro vallibus bene munita. **P**pterea re  
ges iherusalem et xpiani semper ex  
ercitus eorū habitatores eius vno  
et alijs bonis multis habundāt. **I**n  
bethleem magna et pulcherrima stat  
ecclesia muris turrib⁹ et ppugnacu  
lis in modū castrī optime munita et  
plumbo cooperta et est opere musai  
co iaspide marmore et auro credo  
plusqz aliqua ecclesia sub celo deco  
rata. **E**t in omnibus et per omnia di  
tissima nobiliter et regaliter put de  
cet constructa et habet circa lxx colū  
nas marmoreas p̄ciosas et nō est te  
studinata sed ex lignis nobilibus et  
tignis cedris et asseribus subis plū  
bo tecta parietes ecclesie sunt sub vi  
tris deaurati. **A**nte tempus meū sar  
raceni volebant aliquas colūnas au  
ferre et visione multū perterriti ipas  
stare permiserunt nec postmodū au  
ferre attemptauerunt. **I**n hac eccle  
sia descenditur per aliquos gradus  
in speluncam lapideam nō excisam  
sed naturalem in qua directe subis  
maius altare est locus in quo nostri  
causa deus homo natus fuit de vir  
gine. **I**n ipso loco stat altare et non  
remote ab altari stat p̄sepe in qd bea  
ta virgo maria infantulum ihesu po  
suit pannis inuolutum. verū deum et  
hominem in nostra fragilitate more  
infantū vagientem. **J**uxta p̄sepe ad  
huc cernunt ferrea lapidi plūbo an  
nexa quibus erāt circuli ferrei in quibus  
rustici pecora et iumenta ligabāt dū  
ad forū veniebant. **E**st em p̄sepe la  
pideū quatuor palmis longū et ibidē

est moris. **I**n hac spelunca sanctus **jeromimus** fuit sepultus. **I**n nocte natiuitatis dñi omēs nationes que sub celo sunt put decet ibidem cōueniūt et vnaqueq; natio ad diuinum officium ad ritum suum agendum. **I**n hac ecclesia specialem habent locum sibi in perpetuum deputatum latini tunc habent locum quo deus natus est et sic singule nationes singula habent loca. tēporibus meis nubiam nondum habuerunt locum quibus soldan⁹ fecit facere capellam specialem ante hoc monasterium stat monasterium in quo sanctus **jeromimus** **sancta paula** et **eusta dñi** et quā plurimi sancti degebant et per dei gratiam multa miracula faciebant. **I**n hoc loco nunc saracenus habitat qui recipit denarium veneticum a volente intrare ecclesiam. **E**tiam in bethleem est quedam capella subteranea in rupe que duas ianuas habuisse videtur. si vna est obstructa nunc. **I**n hac fouea que nunc est capella sancta **virgo maria** cum **iesu** per triduum metu herodis ibidem lactauit et ex casu et timore eius ibidem supra petram cecidit vna gutta de lacte eius et stillauit illud lac in presentem diem adhuc non deficit ipsum lac ut humor erumpit habens lactem colore modica rubedine mixtum quanto plus illud lac abraditur tanto plus in eadem quantitate et non maiori manet et hoc est illud quod in vniuersis et multis locis videtur et demonstrat. **N**am sic hinc inde a peregrinis deportatur **I**te prope bethleem in rupe est maxima caverna in qua plurima sanctorum corpora fuerunt piecta et hec a peregrinis totaliter deportata. **I**te prope bethleem ad vnum miliare est locus quo

**sanctus jeromimus** degebat et quā plurimos libros in hebraico greco et caldaico in latinum transferebat. **I**tem iuxta bethleem ad dimidium miliare versus sodomam et gomozram est locus quo angeli deum et hominem pastoribus annūciauerunt esse natum. **I**n hoc loco pulcherrima duplex ecclesia est edificata quā gloria in excelsis vocatur quod ibidem angeli decantauerunt propterea ibidem in bethleem omnes horas diei cum gloria in excelsis deo incipiunt ut nos cum deus in adiutorium facimus. **E**t omnes missas animarum cum gloria in excelsis incipiunt ex consuetudine speciali ut in ordinario eorum sepe vidi. **E**t hec est bethleem terra iuda de qua dicit nequaquam eris minima in principibus iuda. **N**am bethleem in media est sita et ideo tota terra que tunc iudea vocabatur nunc hana vocatur et eius habitatores hanam nuncupant.

#### **De dulcissima ciuitate iherusalē.**

**D**e bethleem procedit et peruenitur in iherusalem in qua via a sinistris est sepulchrum **Rachel** uxoris **iacob** ubi peperit **beniamin** et in partu mortua est et circa hanc viam stat ecclesia que gloria in excelsis vocatur de qua dixi. **I**tem circa hanc viam sunt et fuerunt quā plurime sanctorum cellule ecclesie christianorum cauerne monasteria et monumenta. **E**t multa miracula deus per sanctos ibidem operatus est et adhuc in multis locis quā plurima sanctorum diuersimode reperiunt intacta in cauernis et speluncis quorum deus nomina nouit. **E**t circa hanc viam est locus cisterne in quam



155  
prectus est ioseph et a fratribus ysmahelitis uendatus. **N**is et alius militis uisus peruenit in iherusalem et fuit inter eas tria miliaria parue patrie huius. **E**st autem iherusalem ciuitas sancta in qua fuit redemptio nostra in monte et bono aere sita et ab aquilone cum muris et turribus et oppugnabilis et ab oriente cum valle ioseph et a meridie et occidente alijs vallibus profundis munita sed aquis caret intrinsecis et cisterne eius cum aquis que de ebron ueniunt per aqueductus et meatus subterraneos adimplent ut patet euntibus prope uiam. **N**ec gloriosa ciuitas non est multum longa nec lata nec nimis larga nec angusta sed mediocriter bene edificata et in loco quo stetit tempore passionis christi in oriente in honore caluarie loci per helyam admirandum modicam translata dum per tyrum et uespasianum fuit destructa. **I**n iherusalem stat templum domini et templum salomonis que solummodo accipiunt maximam partem ciuitatis. hoc templum saraceni nullum christianum intrare permittunt et si intrauerit oportet mori uel renegare. hoc etiam accidit temporibus meis quod greci intrauerunt et libros saracenicorum suppediauerunt et nolentes renegare per medium secti sunt. **T**emplum domini est rotundum opere greco factum multum altum et largum plumbo coopertum ex lapidibus magnis politis et sectis constructum in eius pinnaculo eclipsim lune morte eorum posuerunt. **H**oc templum atrium habet largissimum non cooperatum sed albo marmore bene stratum et ornatum. **J**uxta hoc templum a dextris est ecclesia ob longa plumb

bo cooperta porticus salomonis uocata. **T**emplum domini saraceni in maxima habent reuerentia ipsum intus et extra mundissime seruantes et indifferenter discalciati intrantes ipsum rupem sanctam non templum domini appellant et dicunt eamus ad rupem sanctam non dicunt eamus ad templum sanctum. **A**ppellant autem templum rupem sanctam propter paruam rupem que est in medio templi cancellis ferreis circumposita et ut ueraciter audiui a saracenis renegatis quod nullus saracenus ipsi rupi est ausus appropinquare et de longinquis partibus saraceni ueniunt ipsam deuote uisitare quia super illam rupem multa mirabilia deus est operatus ut biblia et nouum testamentum et antiquum testatur. **P**rimo super hanc rupem melchisedech primus sacerdos panem et uinum obtulit. **I**tem prope hanc rupem iacob obdormiens uidit gloriam dei et super hac rupe scalam stantem cuius summitas celos tangebatur et angelos dei descendentes. **I**tem super hanc rupem dauid uidit angelum stantem et in manu cruentatum gladium habentem. **S**uper hanc rupem etiam sacerdotes holocausta posuerunt que septuaginta ignis de celo consumpsit. **I**n hac rupe **h**eremias propheta credit archam federis se miraculose inclusisse in gratia misericordie babilonis dicens non manebit locus hic donec dominus propicius erit populo suo in ea presens credit permansisse. **S**uper hanc rupem christus paruulus cum esset annorum xij domini parentes eius eum perdidit cum iudeis disputauit et de hac rupe sepiissime

1036  
urbas docuit et sepius predicauit.  
**T**emplū domini ut legitur a salomo  
ne fuit constructū licet pluries a plu  
ribus sit destructū tamen in eodē lo  
co eadem forma eisdē lapidibz est re  
edificatum. **H**oc templū etiā deus  
glorificauit et honorauit et multum  
amauit. de hoc templo vidit salomo n  
fūmūm ascendentem et super eo glo  
riam dei habitantē. **I**n hoc etiā vir  
ga ioseph floruit. **I**n hoc etiā templo  
virgo maria fuit p̄sentata et post de  
sponsacionē oblata. **I**n hoc etiā tem  
plo xp̄us fuit p̄sentatus et super pin  
naculum a spiritu ductus et tempta  
tus. **D**e hoc etiā templo vendētes eie  
cit et ementes et sepiissime in eo do  
cuit et disputauit et multa mirabi  
lia fecit ut euangeliz testat. **I**n hoc  
etiā templo xp̄us p̄ nrā fragilitate  
multa obprobria p̄sus est et diuer  
sa. **I**n hoc templo iacobus minor fra  
ter dñi fuit p̄cipitatus et martirium  
passus. **J**uxta hoc templū a sinistris  
est antiqua aurea portā per quā xp̄s  
in die palmarum intrauit cum asino.  
**J**uxta hanc portā adhuc omnī die  
palmarū ante solis ortum fit solem  
nis p̄cessio xp̄ianorū et sup̄ hanc por  
tam pueri canūt. **G**loria laus et epi  
scopus armenorum tunc cum asino  
ip̄am portā intrat quem pueri et  
vulgus recipiunt directe ut ibidem  
xp̄s a iudeis fuit receptus. **I**n iuxta  
templum nō remote versus aquilo  
nem est ecclesia qua beata virgo ma  
ria fuit nata et ibidez beata anna cū  
ioachim viro suo in quadāz cauerna  
subteranea est sepulta.

#### **D**e pbatica piscina.

**H**ate hanc ciuitatem est pro  
batica piscina quinqz porti  
cus habens in quo ad motū  
angeli infirmi sanabantur ut euange  
lium testat. **A**dhuc est ibidem spelū  
ca in qua dum pluit aqua ciuitatis  
cōgregat. **D**e hac ecclesia beate ma  
rie nunc sarzacem ecclesiam suā fece  
rūt et tota hystoria anne et ioachim  
de partu beate marie ante ecclesiā no  
bilissimis picturis remāsit antiqua  
vitula hanc picturam sarzacena be gu  
ta xp̄ians semper totaliter et deuote  
et fideliter exponere consuevit. **N**ā  
ex opposito ecclesie morabat asserēs  
ioachim depictus fore machametum  
et arbores depictas fore paradisiuz in  
qua machametus ita puellas oscula  
retur et per totum picuram macha  
meto assignauit et fidelissime docuit  
et multa de machameto cū lacrimis  
narrauit.

#### **D**e monte syon.

**N**on longe a templo do  
mini versus meridie ē mons  
syon et est in modico altior  
reliquo situ ciuitatis ita qd ad ipsū  
parum ascenditur. sed extra ciuitatē  
est vallibus profundis bene muni  
tus et est forciōr locus ciuitatis. **I**n  
hoc monte ciuitas dauid sita fuit de  
qua loquitur scriptura. **I**n hoc mon  
te syon seu ciuitatē dauid pulcherri  
mū monasteriū quondā fuit sitū et  
ad beatam mariam in montem syon  
vocatū. **I**n quo fuerunt canonici  
regulares. **I**n hoc monasterio omnia  
loca sancta q sequunt fuerūt in clusa

Primo in hoc loco xpus cum discipulis suis cenauit et primum pascha celebravit et testamentum posuit et traditionem reuelavit. **I**bi dilectus suus super pectus eius recubuit et celorum secreta potauit. et ibidem xpus discipulorum pedes lauit linteo terxit et dominus et magister discipulis exemplum humilitatis donauit. **I**tem locum etiam xpus in humanitate sepius visitauit et in eodem post mortem discipulis suis ianuis clausis apparuit et ibidem denuo uisus **thomas** digitos in lateribus eius misit incredulus. **I**n hoc etiam loco beata maria et discipuli ipso die penthecostes ianuis clausis ob metum iudeorum cōsedentes et dolentes spiritum paraclitum receperunt. **I**n hoc etiam loco **sanctus mathias** in apostolatu miraculose electus. **I**n hoc etiam loco beata maria post passionem domini frequenter habitauit. et in ipso loco spiritus filio suo tradidit et ibidem omnes discipuli miraculose conuerterunt. **I**n hoc etiam loco ille discipulus dilectus beate marie missam celebravit pluries et ibidem cum sancta maria et **sancto luca** usque ad mortem beate marie uirginis habitauit. **I**n hoc loco **sanctus stephanus** inter nonnullos eodem et abibon fuit sepultus. **I**n hoc etiam loco **dauid** cum **salomone** et ceteri reges iuda sunt sepulti et sepulchra eorum in hodiernum diem. **I**n hoc monasterio nunc degunt fratres minores qui temporibus meis a regina saucie regis **roberti** necessaria habuerunt et ibidem diuinum officium deuote et aperte celebrant quod non licet eis saracenis in publico predicare et corpora mortuorum absque licentia officiatorum ciuitatis sepelire. **E**t idem

fratres temporibus meis fuerunt ualencissimi uiri. **N**am ipsos peregrini mercatores et etiam saraceni multum commendabant quod multa bona faciebant. **I**n pede huius montis stat fortissimum castrum quod castrum **dauid** vocatur et adhuc a temporibus **dauid** creditur permanisse. **N**am cum **percytium** et **vespasianum** ciuitas erat destructa tunc mons **hyon** et castrum fuerunt extra ciuitatem sita. **N**oc castrum quondam patriarcha **iberusalem** obtinebat. **S**ed nunc ab officio soldani inhabitatur et ab ipso et stipendiariis diligentissime custoditur. **I**n pede huius montis ecclesia est ad sanctum saluatorem appellata in qua est lapis quem angelus de se pulchro domini proiecit qui lucide ibidem demonstrat. **I**n hunc etiam montem **sanctus iacobus** maior fuit decollatus. et in ipso loco ecclesia est constructa in qua nunc est **arepiscopus** armenorum canonicus ad fidem romanam se habentes. **I**n **iberusalem** est ecclesia que ad sanctam mariam latinam vocatur. **E**t in **iberusalem** sunt plurimae scismaticorum et hereticorum ecclesie et capelle et plurima alia loca oratoria gratiosa.

#### De monte caluarie

**Q**uoniam supra montem caluarie est sepulchrum christi in quo magna et pulcherrima ecclesia est constructa marmore et opere musaico et picturis et alijs ornamentis nobilitate decorata et habet turres ante et supra chorum et desuper aperta que est sepulchrum christi subitus. **N**ec ecclesia cathedrali ecclesie monasterium in **walstalia** intus est multum similis

198  
et specialit̄ in choro. In hac ecclesia  
p̄pe chorū versus meridiem est mōs  
caluarie in quo crucifixus est ihesus  
Ad hunc montē intra ecclesiā per ali-  
quos gradus ascendit et extra ciui-  
tate per alios gradus quondā ascē-  
debat sed ip̄a ianua nūc est obstru-  
eta. Hic mōs est rupis durissima et  
subtus montē est capella nubianorū  
rupe et petra excelsa supra montē cal-  
uarie etiam est capella ad quā ab in-  
tra ascendit ut dixi et in loco ubi cru-  
cifixus erat ihesus est foramen quo  
cruce erat imposta et scissure rupis  
et petre tempore passionis xp̄i fracte  
adhuc patent euidentē. In eadem ca-  
pella etiā sepulti sūt illi gloriofi prin-  
cipes gothfridus dux de bolim et bal-  
derimus su⁹ frater primi reges iheru-  
salem xp̄iam qui terrā sanctā cum  
maximis laborib⁹ acquisuerūt et re-  
ceperunt et possiderunt et saracenis  
inestimabili dāpnā intulerūt et xp̄i  
anitati q̄plurima bona fecerunt. Et  
bene mirandū q̄ saraceni sepulchra  
et corpora eorū intacta tam honorifi-  
cē quietē permittunt q̄ eis tot et  
tanta mala intulerūt et ip̄is om̄iū  
sanctā terrā abstulerūt idē glo-  
riofī principes constituerūt q̄ null⁹  
rex iherusalem coronā aureā portare  
debeat sed coronā spineā et successo-  
res eorū seruauerūt in p̄sentem diem  
In hoc caluarie loco om̄i die legit̄  
passio xp̄i dum degunt ibi xp̄iam ut  
in ordinario eorum bene legitur. p̄pe  
montē caluarie est locus ubi mater  
dñi et ille mulieres et ille discipul⁹  
steterunt et ibidem ihesus matrē suā  
discipulo cōmendauit dicens **Qu-**  
**er** ecce filius tuus. Ante ianuā cho-  
ri versus meridiem est lapis niger et

locus super quem posuerunt corpus  
xp̄i dū de cruce fuit receptū et in lin-  
theo illud inuoluerunt.

### **De sepulchro domini.**

**A**nte chorū versus occidentē  
p̄ua duplex stat ecclesia siue  
capella que quasi tres ianu-  
as habet et in ea tria altaria stetit  
videntur. De hac priorī capella in-  
tratur ad aliam capellam in qua est  
sepulchrum xp̄i per ianuam tā par-  
uam et dimissam semicircularit̄er fa-  
ctā ita q̄ per ip̄m intrare oportet cir-  
uato dorso. Hec capella in modum  
semicirculi est testudinata nullam ha-  
bens fenestram et in ea est sepulchrū  
Huius capelle longitudo et sepul-  
chri sunt circa nouem palmas. lati-  
tudo capelle circa septem palmas. Se-  
pulchrum xp̄i est integro lapide ex-  
cissum. sed ne a peregrinis maculet̄  
est alijs lapidib⁹ marmoris albis cir-  
cūpositum et lapis quo ante in latere  
est circūpositus est trib⁹ foraminib⁹  
perforatus et per ista foramina uenit  
sepulchrū et uenit lapis osculatur et  
ille lapis quo sepulchrū est circūpo-  
sitū est uero sepulchro tam subtilit̄er  
cōiunct⁹ q̄ ignoatib⁹ vn⁹ lapis esse  
uidet̄. q̄re credo q̄ in aliq̄ ecclesia nō  
sit de lapide uerū sepulchri. nā om̄ib⁹  
istis que audistis exceptis in dilige-  
ntissima habentur custodia. Nam  
si sepulchrum xp̄i per grana uel are-  
nā posset deportari ultra longa tem-  
pora si maximus mons esset fuisset  
deportatū nec una arena permansisset.  
Ceterū de lampadib⁹ et lumina-  
rib⁹ que dicunt̄ esse circa sepulchrū  
sanctū dico oīno lapidē nullā uel lu-  
minare circa sepulchrū xp̄i. s̄ degunt

in ecclesia sancti sepulchri georgiani antiqui habentes clauē sancti sepulchri quibus p̄ paruam fenestram que est in ianua ecclesie meridionali a peregrinis victus et elemosine et luminaria et oleum ad lampades ad illuminandū circa sanctum sepulchrum ministrant et deficiente hoc penitus absq̄ aliquibus illuminationibus manet et sic totaliter absq̄ reuerentia et honore.

**Versus super valuas ecclesie sancti sepulchri.**

**A**nno milleno centeno q̄ min⁹ vno.

**Q**uidēcies milo iā plebi lumie tacto

**V**ite pl⁹ sacre studio q̄ mitigat̄ acre

**I**herusalē franci capiūt v̄tute potētē

**Versus super tabulā monumenti**

**M**ortuus hic iacuit mortē dū mor̄

**t**e peremit. **N**ic leo dormiuit cui

**p**eruigil omnia truiuit.

**Nota versus super ostium sancti sepulchri.**

**A**spice plasma meū qui transis ante

**sepulchroz.** **Q**uo triduo iacui cū

**pro te passus obiui.** **E**t behemoth

**ozrum contriui cum pede plexum.**

**Deatibus et tetrī con fractis profus**

**auerim.** **A**bstulit inde suos secum

**supra astra locatos.**

**N**am saraceni tantum venerant sepulchrum xp̄i ut xp̄iani et ut synagogas iudei.

**I**tem in eadem ecclesia ante chorum modicum versus meridianam est locus ubi steterunt tres marie et dicebant ad inuicem **Q**uis reuoluet nobis lapidem.

**I**tem in eadē ecclesia stat pars columnę in qua flagellatus et ligatus erat ihesus reliqua pars est in constantinopoli.

**I**n eadem ecclesia descenditur bene per

**quadraginta gradus ad locum ubi**

tres cruces fuerunt inuente in inferiori loco

**E**t capella vocatur cathedra iacobi minoris in qua ip̄e episcopus iherusalem residebat.

**E**tiam in hac ecclesia stant columnę que tēpore passionis xp̄i in domo pylati steterunt.

et ab illo tempore vsq̄ in presentem diem aqua in sudātes.

**I**n hac est locus in quo mortuus super crucē xp̄i positus fuit resuscitat⁹.

**I**tem in hac ecclesia est locus quo marie magdalene in specie ortulani apparuit.

hec omnia loca sancta in ecclesia continentur inclusa et ip̄a ecclesia ut palaciū ad comoda diuersa peregrinorum et inclusorum est parata.

**N**am peregrini aduenientes ab vna hora diei prima vsq̄ ad eandem horā diei crastine in ecclesia includuntur et omnia ad libitū possunt perustrare.

**I**ncole vero xp̄iani h̄s in anno scilicet a pasce vsq̄ ad festam secundā post pasca et a vigilia inuencionis sancte crucis vsq̄ ad festam secundā post pasca et a vigilia inuencionis sancte crucis vsq̄ ad crastinū gratis intro-

mittuntur et includuntur et diuersarum rerum et victualium in ecclesia ut in partibus istis in nundinis reperiuntur mercimonia et diuersa ibidē audiuntur p̄deomata et melodia et vnaqueq̄ nacio locum habet specialem ad diuinum officium ad ritum eorum peragendū ex quo latini habent locum quo xp̄us marie magdalene apparuit in specie ortulani.

**J**uxta ecclesiam sancti sepulchri quondā fratres sancti **J**ohannis iherosolomitān̄ habitabant et in ip̄o palacio est cōmune hospiciū tam largum q̄ plures q̄ mille homines in eo commode possunt habitare siue hospitari et omnibus quibus indiget p̄ p̄cio

reperire. Est autē in hoc palacio siue  
hospicio cōsuetudinis q̄ quilibet pe-  
regimus dat duos denarios venecia-  
nos pro hospicio si moratur ibi per  
annum non dat magis si morat̄ per  
vnum diem non dat minus. In hoc  
palacio seu hospicio temporibz meis  
habitauit quedam matrona nomi-  
ne margaretha de cicilia que habuit  
fratres canonicū sanctū sepulchri no-  
mine nicola⁹. Nec margareta xp̄ia-  
nis multum fuit utilis et proficia vt  
michi constat. et semper p̄pter fide-  
tatem in speculāi gracia fuit soldani.  
Et est sciendum q̄ canonicū sancti se-  
pulchri mltus vtunt̄ p̄uilegijs vt in  
ordinario eorum legi. Nam omnes  
horas diei cum alleluia vt nos cum  
deus in adiutorium incipiūt. Et h̄y  
p̄ncipaliter legunt̄ assertiue vt ip̄o  
die pasce. dyaconus legit euange-  
lium tali modo. In illo tempore ma-  
ria magdalene et maria iacobi et sa-  
lome emerūt aromata venientes vn-  
gerent ihesum r̄. Et dū venit ad illū  
articulū surrexit non est hic tūc dyac-  
onus digito suo monstrat super se  
pulchrum et sic de reliquis. Inter ce-  
tera ante ecclesiam versus occidētē  
est lapis super quē ihesus baiulans  
crucē modicū quicuit et ibidē anga-  
riauerūt h̄monē cyrenenū de villa ve-  
nientē vt tolleret crucē. Itē iuxta ecc-  
lesiā nō longe versus meridiē est la-  
pis super quē ihesus stetit dicens Fi-  
lie iherusalem nolite flere super me s̄  
super vos et sup filios vestros. Item  
in iherusalem apparent adhuc pau-  
menta dom⁹ pylat. sed tunc erat ex-  
tra ciuitatē dom⁹ cap̄the in qua cō-  
filiū fecerunt et ip̄e p̄betauit dices

expedit vnū hominēz mori. et distat  
a iherusalem tribz miliaribz illius pa-  
trie. Itē in iherusalem q̄ plurima alia  
cernunt̄ mirabilia et loca sancta de  
quibz longum esset enarrare.

### De Zacharia ciuitate.

**T**em de iherusalem p̄ceditur et per-  
uenitur ad ciuitatem quandam pul-  
chram et nūc desertam in montanis  
iudee sitam nomine zachariam et di-  
stat a iherusalem quinqz miliaribus.  
In hac ciuitate Elizabeth et zacha-  
rias parentes sancti Johannis ba-  
ptiste habitabant et in ea beata ma-  
ria post annūciacionem eius iuxta di-  
ctum gabrielis iuit a Mazareth cui  
Elizabeth obuiauit et exultauit in-  
fans in vterō eius et maria dixit ma-  
gnificat anima mea dominum. In lo-  
co quo sibi inuicem obuiauerunt et  
amplexati sunt se pulcherrima eccle-  
sia est cōstructa que magnificat vo-  
cat̄ in p̄sentē diē et distat hic loc⁹  
a Mazareth ad tres dietas cum di-  
midia quas mater domini itaqz iuit  
vt euangelū testatur. Surgens ma-  
ria abiit cum festinatione montana  
iudee. In hac etiam ciuitate sanctus  
Johannes baptista conceptus est et  
natus. Et de hac ciuitate Zacharia  
reditur et cernitur locus ubi cruc̄ cri-  
sti credit̄ cruc̄isse et multa sanctorū  
cernuntur monumenta et heremito-  
ria caueerne et antra in quibus san-  
ctorū multorū corpora adhuc quoti-  
die reperunt̄ intacta et illesa quorū  
nomina deus nouit et dum sic redit̄  
in iherusalem r̄.

### Nota de loco martyri sancti Stephani.

201  
Extra portā septentrionalem est lo-  
cus quo sanctus stephanus p̄tho-  
martir fuit lapidatus. et in hoc loco  
pulchra videtur stetit ecclesia que  
nūc eversa ē supra vallem iosaphat.

**De valle iosaphat.**

**I**n valle iosaphat stat ecclesia deuota  
sed non multū pulchra in honore  
beate marie facta in qua descenditur  
bene p̄ quadraginta gradus et pue-  
rit ad sepulchrum beatissime marie  
q̄d luminarib; et lampadib; plus et  
melius q̄ sepulchrum xp̄i est orna-  
tum. locus in quo stat sepulchrum nō  
est maior q̄ octo hoies comode pos-  
sent stare. et est vnus figure sepul-  
chrum xp̄i et beate marie in loco quo  
nūc stat ecclesia tēpore passionis xp̄i  
fuit domus anne principis sacerdo-  
tum et ibidem petrus xp̄m negauit.  
et in loco quo negauit stat colum-  
na mamorea in memoriale sempiter-  
nū. In valle iosaphat xp̄s in nouis-  
simo die districtus iudex credit esse  
uenturus reddens vnicuiq; fm̄ opera  
sua mercedem. In hac valle transit  
tozrens cedron que sūt aque pluuiā-  
les et h̄m̄i de montib; h̄m̄inde ver-  
gentes. Non remote a tozrente in pe-  
de montis cluētū est locus vbi captus  
erat ihesus et a iuda osculo traditus  
Nunc ortū deus in humanitate fre-  
quenter cum discipulis visitauit. et  
in loco quo xp̄s erat captus pulchra  
stat ecclesia in q̄ sarzacem nunc eorū  
includunt pecora et iumenta. Non  
longe ab orto a sinistris sub rupe ē  
locus vbi xp̄us orauit ad patrem di-  
cens Pater si fieri potest transeat a  
me calix r̄c. et p̄ timore mortis in hu-  
mana fragilitate sanguinem sudauit

In pede montis ex opposito super  
quem iherusalem sita est natatoria sy-  
loe et nunc sunt aque putride cōflu-  
entes. Ex opposito natatoriozū stat  
statua absolomis mirē magnitudinis  
artificiose facta. Supra vallem iosa-  
phat versus meridiem est ager figu-  
li v̄l acheldemach seu ager sangui-  
nis qui in sepulturam peregrinorum  
precio sanguinis xp̄i fuit emptus et  
est etiam bene credendum qz non ca-  
pit terciam partem agri r̄c.

**De triginta denarijs.**

**H**egitur in quadam historia  
regum orientalium qui dño  
munera obtulerunt q̄ thare  
pater abrahe fecisset monetam seu de-  
narios ex iussu cuiusdam regis me-  
sopotame nomine nynus et recepit  
set triginta argenteos pro suo sola-  
rio. hos denarios dedit abrahe qui  
ip̄os in peregrinatione in exilio con-  
sumpsit ad diuersas manus transeū-  
tes. Idem denarij ad manus ysma-  
helitarū deuenerunt et pro ip̄is a fra-  
trib; venditus est ioseph et dū dñar-  
ret in egipto. Nij argentei a fratrib;  
p̄ fundamēto ad manū ioseph sūt re-  
uerſi et ip̄is fratrib; restituti. fratres  
ip̄os denuo dispensatori ioseph dede-  
rūt q̄ ip̄os misit in saba p̄ mercimo-  
nijs ex parte pharaonis et t̄pib; sa-  
lomonis dū ab oriente venit regina  
saba audire ei; sapienciā ip̄os trigin-  
ta argenteos obtulit in templo et tem-  
porib; roboam dum nabucho dono-  
sor rex templuz spoliavit et thesaurū  
abstulit ip̄os triginta denarios cum  
alijs thesauris tradidit regi godolie  
qui secum erat in exercitu et sic cum  
alijs thesauris regi godolie vsq; ad

nativitate xpi permanserunt et tunc  
 regnū godolie in regnū nubie ē trā-  
 flatū. **N**ato itaqz dño melchior rex  
 nubie vidēs in scala xpm de virgine  
 natū ipos .xxx. denarios qz antiqui  
 et nobilius aurū in thesauris suis nō  
 inuenit sed dei nutu ipos xpo obtu-  
 lit. **P**ostea beata virgo maria in egi-  
 ptū fugiēs metu herodis in loco quo  
 nūc est ortus balsami cū illi magozū  
 muneribz ipos .xxx. denarios amisit.  
**I**llos quidā pastor reperit et penes  
 se .xxx. annis seruauit et cū fama cre-  
